ROBERTUS HOLCOT, UNVOLLSTäNDIG
Entstehungsort unbestimmt, 1. Hälfte 15. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35460
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



lcō 22

caput reuerentia cani. Iamque suo
pretio ruga semel erat. Non sic
sensit de talibus Ouidius qui dicit
3o. de arte Amandi. Turpe petus
mutulum turpis sine gramine campus
Et sine fronte frutex et sine crine
caput. Et note an hec sit sina
hominum mundanorum qui nec pauperibus
nec iustis nec viduis nec senibus
nullis parcunt. Ammouent enim ho-
mines mundani iam a se viscera
compassionis omnino et induunt se
viscera crudelitatis ut nulli parcant
de cuius dampno lucrum expectant
Dicit Ouidius 4 metha. quod 3 fluuius quidam
cuius aqua bibita reddit viscera
bibentis saxea et quicquid intingitur
in illa aqua fit lapideum. Unde dicit
fluminis habent acones quod potu saxea
reddit viscera quod tactus inducit
maranora rebus. Fluuius ille est
cupiditas deordinata diuiciarum
cuius affectus priuant homines vera
caritate ac pietate. Vtinam de
talibus iustificaretur illud ezechiel
26 Auferam cor lapideum de car-
ne vestra et dabo vobis cor car-
neum. Consequenter ibi sit autem fortitudo
Statuunt sibi iniqui legem ad sua
defensionem dicentes Si contingat
quod nobis ab aliis obiciatur quod faciamus
contra legem unde fiet quod fiet
loco legis fortitudo nostra ita quod
omnes nobis repugnantes opprimamus
nec aliquam aliam legem habeamus
et quod legista dicit hec calor iusti-
cie. Ideo subdunt exilem rationem
istam quod infirmum est utile inue-
nitur ad nostram scilicet lasciuiam prouocandam
Et notandum quod illi qui non sunt utiles
per oblaciones et munera ab istis
iustioribus maioribus communiter op-
primuntur quantumcumque sint iusti illi autem
qui sunt utiles et si sint iniusti
supportantur. Unde notandum quod opprimat
tyram per violenciam. Vnde prouerbiorum 18
Dux indigens prudencia multos
opprimit per calumpniam et deut. 28
c. Omnium tempore calumpniam etc. Diui-
tes per potenciam. Iac. 2o. Nonne
diuites per potenciam opprimunt nos
Opprimunt aduocati per sapienciam
Exo. 1. Venite sapienter opp-
primamus eum et ysa. 10 Scribentes
iniusticias scripserunt ut opprime-
rent in iudicio pauperes. Opprimunt
prelati per negligenciam 3 Reg. 7
Dormiens quippe oppressit eum.
Dubitacio potest esse an licet propo-
tenciam opprimere proximum et videtur quod
sic licet predari et rapere ab hostibus
ergo licet eos opprimere. Consequencia patet quia
rapere ab aliquo substanciam unde
venit hoc est opprimere eum patet per
ambrosium li. suo de patriarchis et per consequens
usum bellorum. Preterea gentiles proxi-
mi sunt quia omnis homo proximus secundum
illud mandatum Diliges proximum tuum
sicut te ipsum. Sed secundum augustinum in
epistola ad vincentium donatistam
res inquit flere appellatis nostras
quas nec iuste possidetis et secundum
leges terrenorum regum admittere
iussi estis ergo ab infidelibus licite
potest homo rapere propter principes

methamorphoseos

B

quarto